

N. 84. (\*)

A. D. 1216.

(80 maggio, Indiz. IV).

|                      |  |
|----------------------|--|
| <i>Data di luogo</i> | Bari.  |
| <i>Rogatorio</i>     | Lupo protonot.   |
| <i>Descrizione</i>   | Taglio rettang. alt. 0,40, largh. 0,21.  |
| <i>Scrittura</i>     | Gotica.  |
| <i>Contenuto</i>     | Malgerius de Comestabulo per sè e per sua moglie Potenza ottiene dal giudice Carofilio la trascrizione di due documenti, restati senza autenticazione per la morte del notaio rogato. Uno di questi documenti conteneva la donazione fatta nel 1199 da Nicolaus de Anglone di una casa grande orreata posta in Bari a suo figlio Leonardo e a suo nipote Maione; il secondo la donazione a vita fatta da Leonardo a Maione della porzione di detta casa, che era spettata a lui. A' due coniugi importava fa copia legale di questi documenti, perchè Maione era stato il primo marito di Potenza. |
| <i>Bibliografia</i>  | Inedita.   |

† Eterni Regis Incarnationis anno Millesimo ducentesimo sextodecimo. et regni felicissimi domini nostri Frederici gloriosi et magnifici Romanorum Regis semper augusti anno quarto, et excellentissimi Regis Sicilie et Italic anno nono decimo mense madii die tricesimo indictionis quarte. Residente me Carofilio regale barensium iudice mecum plerisque nobilibus in regali barensi curia pro causis et questionibus ante nos proclamantium finiendis. Tunc nostram ante presentiam venit sire Malgerius de Comestabulo asculensis civis et barensis

(\*) V. nota a pag. 56.

(Da' transunti del 1267 e del 1272)

A. D. 1212 (1)

(dicembre, Indiz. I).

|                      |  |
|----------------------|--|
| <i>Data di luogo</i> | Spira.   |
| <i>Rogatorio</i>     | Bertoldus de Nisse protonot.   |
| <i>Contenuto</i>     | Federico re conferma alla Cattedrale di Bari il possesso di Bitritto, Modugno, Canale, Laterza e di uno spazio di terra intorno alle mura della città, e il campo nel quale si faceva il mercato del frumento. |
| <i>Bibliografia</i>  | GARRUBA, <i>Ser. crit.</i> , etc., pag. 238 (pubbl. per int.) — HUILLARD-BRÉHOLLES, <i>Hist. Dipl. ecc.</i> , t. I, pars I, p. 232.  |

Fredericus divina favente clementia Romanorum Rex semper augustus Rex Sicilie. Cum gloriosum reddat principem remuneratio subiectorum, tunc gloria maiestatis eius augetur. Cum dominus a quo ea que possidemus bona recipimus in ipsis fidelium retributionibus honoratur. Inde est quod nos attendentes devotionem laudabilem, continua quoque et accepta servitia Berardi venerabilis barensis archiepiscopi dilecti familiaris et fidelis nostri, qui nos in temptatione nostra non deserens nos laudabiliter et fideliter est sequutus damna expensas et rerum dispendia sustinens, et persone etiam pericula non evitans morando nobiscum et in Theotonia suo persone discrimine personaliter veniendo, pro remedio quoque animarum parentum nostrorum felicium augustorum bone memorie et salute nostra ad supplicationem ipsius Berardi predicti archiepiscopi concedimus et confirmamus ipsi et sancte barensi ecclesie sue in perpetuum Bitrictum, Meduneum, Canale in terra Bari quod est sub monte Ianacio, Latertia quam tenuit et sicut tenuit Riccardus Ayhoteta (*sic*) (2) cum omnibus iustis te-

(1) Il diploma è dotato con l'anno comune: secondo l'anno greco dovrebbe leggersi 1213. Qui s'era variata solo l'indizione.

(2) Corr. *Logotheta*.

f. qd. domini Landenulfi asculensis comestabuli, et pro parte domne Potentie uxoris sue f. sire Tedelgrimi asculensis et barensis cuius de voluntate constabat secundum scriptum apud Ascolum illi ab ea factum et nobis ab ipso ostensum, dixit domine Iudex. Ante hos annos sire Nicolaus de Anglono barensis, consensu Kiremarie uxoris sue, donavit trasactive, domno Leonardo f. suo clerico barensis archiepiscopatus et Maioni f. Iohannis nepoti suo unam domum suam orreatam magnam in vicinio ecclesie sancte Marie de Kiri Iohannacio intus a Baro iuxta domum que fuit Iohannis Laudule, et domum Andritii de Roberto pisano et viam publicam, retenta quarta ipsius domus eidem uxori sue ad usum fructum dum viveret et obligavit se illam defendere ab omnibus et meritum inde accepit. Et statim deinde idem domnus Leonardus pro amore quem erga predictum Maionem suum nepotem habebat, similiter trasactive donavit ei affatam medietatem suam de predicta domo magna orreata et sibi a iamdicto patre suo donatam, tenendam tamen ad usum fructum ab eo diebus vite sue, et post eius obitum idem ususfructus coniungeretur proprietati. Ita quidem ut si predictus Maio obiret sine descendantibus, ipso domno Leonardo superstite, de affata medietate ipsius domus predicto suo nepoti ab eo donata suam faceret voluntatem, redditus tamen ab ipso domno Leonardo, heredibus eiusdem Maionis nepotis sui aut cui ipsi Maioni placuerit, decem uncias tarenorum, et obligavit se illam ab omnibus defendere et meritum inde accepit, secundum continentiam de duabus abbreviaturis predictarum donationum, quas inde Rabel-

---

nimentis et pertinentiis eorum. confirmamus etiam eidem Archiepiscopo et predictae ecclesie sue terram quam ei et eius ecclesie iuxta murum portas et undique circa murum et campum in quo frumentum venditur apud Barum ad faciendum apothecas concessimus, non obstantibus concessionibus et donis. si qua de predictis omnibus contra hanc nostram concessionem confirmationem et privilegia apparebunt, statuentes ut quecumque persona magna vel parva hanc nostram concessionem et confirmationem violare vel modo quolibet attemptare presumpserit. centum libras auri componat, quarum una medietas fisco imperiali, altera iniuriam passis persolvatur. Ut igitur hec firma et inconcussa permaneant presentem paginam conscribi et sigilli nostri impressione fecimus communiri. Huius rei testes sunt Addulfus Coloniensis archiepiscopus, Sinfridus Maguntinus archiepiscopus, Dietricus Treverensis archiepiscopus, Lupoldus Warmacensis episcopus, Fredericus dux Lottoringie, Bertoldus dux Ziringie, Lodoycus dux Bawarie, Hermannus Langravivus Turingie, Robbertus de Say comes Lauritelli, Gualterius Gentilis magister comestabulus, Andreas Logotheta et Ansellmus marescalcus. Signum domini Frederici Romanorum regis semper augusti et regis Sicilie. Ego Conradus Spirensis et Metensis episcopus imperialis aule cancellarius vice Syfridi Maguntinensis sedis archiepiscopi et Germanie archycancellarii recognovi. Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo duodecimo mense decembris prime indictionis. Regnante domino nostro Frederico Romanorum Rege semper augusto et rege Sicilie anno regni eius in Germania primo. et in Sicilia quintodecimo feliciter amen. Datum Spiree per manus Bertoldi de Nisse imperialis aule protonotarii et vice domini Tridentini. Et erat ipsum privilegium signo predicti domini regis et munitum sigillo de cera alba eiusdem domini regis pendente in filo de seta rubea.

lensis protonotarius defunctus iam fecit, et in quaternionibus suarum abbreviaturarum ascripsit, set quia eidem uxori mee et michi pro ea. de predictis et in predictis donationibus, ius pertinet et ibidem rationem habemus pro parte predicti Maionis anterioris viri defuncti eiusdem uxoris mee unde illis et mei interest, quamvis pro morte domni Nicolai Araney regalis olim barensis Iudicis et (*manca*) testis ambe predictae abbreviature sunt reconciliate coram Iudice Grimoaldo et eius licentia per manus eiusdem Rabellensis protonotarii et brebe ipsius reconciliationis non habemus nec habere possumus, ne forte cum opus fuerit nobis et predictae abbreviature modo quolibet occultentur, pro me et eadem uxore mea rogo et peto ut vestrum consilium et auxilium super hoc benigne interponatis, et predictas abbreviaturas iamdictarum donationum nobis si placet iuxta morem barensis publicas faciatis, quatenus hac pro accidentia et occasione ius nostrum non amittatur. Qua rogatione et petitione eius audiens et iustam esse cognoscens unum de quaternionibus iamdictarum abbreviaturarum predicti Rabellensis protonotarii ad nos fecimus presentare et ibidem studiose inquirentes atque legentes, hoc in eo per manus sepredicti Rabellensis protonotarii scriptum et abbreviatum invenimus. Mense aprilis die Iovis primo eiusdem indictione secunda Millesimo centesimo nonogesimo nono Regni vero felicissimi domini nostri Frederici Sicilie et Italie Regis invictissimi anno secundo. Nicolaus Anglonus f. domni Leonis. coram domno Nicolao ranghno (*sic*) barensi regali iudice donavit dedit et per fustem tradidit domno Leonardo venerabili clerico huius barensis archiepiscopatus suo f., accipienti cum suo advocato, et Maioni f. Iohannis nepoti suo et eius heredibus, consensu Kiremarie uxoris sue ibi astantis, totam et integram unam domum suam orreatam magnam in vicinio ecclesie sancte Marie de Kiri Iohannacio, iuxta domum que fuit Iohannis Laudule et iuxta domum Andritii et vias publicas, cum omnibus suis pertinentiis trasactive, ipsa vero Kiramaria uxor eius sic consensit. ut diebus vite sue teneat quartam ipsius domus ad usum fructum, post cuius obitum plena proprietas remaneat eidem suo filio et predicto Maioni suo nepoti et pro huius donationis confirmatione recepit ab eis launegilt finitum satis placibile mediatore se ipso et ut defendat ab omnibus presentia predicti iudicis et testibus Petracca Struzzio et sire Nicolao eius f. et Andritio socer (*sic*) Luponis notarii et Elefantus cambitor secundo astante. et predicta donatio est reconciliata coram iudice Grimoaldo pro morte Iudicis et testis per manus Rabellensis protonotarii. dominus Leonardus predictus f. Nicolai Angloni, pro amore et dilectione quam habet erga Maionem f. Iohannis sui fratris nepotem suum donavit dedit et tradidit eidem Maioni suo nepoti et eius heredibus trasactive, integram medietatem suam de una domo orreata magna in vicinio ecclesie sancte Marie de Kiri Iohannacio, iuxta domum que fuit Iohannis Laudule et iuxta domum Andritii et iuxta vias publicas quam eius genitor ei donavit ut ipse domnus Leonardus eandem medietatem ipsius domus diebus vite sue ad usumfructum teneat post eius obitum usufructus consolidetur proprietati. et si ipse Maio decesserit sine descendentibus eodem domno Leonardo superstite ipse domus Leonardus

potestatem habeat de eadem medietate ipsius domus facere omnia que voluerit datis et redditis ab eodem domno Leonardo heredibus ipsius Maionis. aut cui ipse Maio voluerit decem uncias auri tarenorum Sicilie, accepto inde launegilt finitum satis placibile mediatore se ipso et ut defendat ab omnibus testibus predictis secundo astante. predicta donatio de predicta domo facta scriptum reconciliationis pro morte iudicis et testis est factum coram iudice Grimoaldo. Quibus predictis abbreviaturis predictarum donationum perlectis et taliter inventis sicut affatus nobis sire Malgerius predixerat quia iusta erat sua et predictae eius uxoris petitio . . . . . us pro morte iudicis Nicolai Aray (*sic*) et testis reconciliate erant ut predictum est. ut affatus virque uxor et eorum heredes tali pro accidentia et occasione suum ius non ammittant, iudiciali auctoritate et secundum barenses curiam et nostram civilem consuetudinem, iamdictas abbreviaturas predictarum donationum, ab prefato quaternione prenominati Rabellensis protonotarii extrahi iussimus. et de verbo in verbum membrano transfundi et publicari fecimus atque ad cautelam utilitatem et defensionem illorum hoc scriptum ipsius transfusi et publicationis exinde illis fieri fecimus in quo nos et predicti nobiles concives nostri subtestati sumus. Et quod nostra licentia et mandato scripsit Lupo protonotarius qui ad hec nobiscum interfuit.

† Regalis qs. barensium Iudex Carofilus.

*Nel taglio inferiore:* presente predicto domno Carofilio Iudice et testibus Simeone Iohannis milite et Bartholomeo Iohannis Pauli.